



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Homiliae Adm. Illvstris Ac R.dissimi Domini D. Fr.
Hieronymi Baptistæ De Lanvza Venerabilis memoriae
Episcopi Barbastrensis & Albarrazini Ord. FF.
Prædicatorum**

**Lanuza, Jerónimo Bautista de
Antverpiæ, Anno M.DC.XLIX.**

Approbatio Censoris.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-53084](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-53084)

APPROBATIO CENSORIS.

EX commissione Illustrissimi, & Excellentissimi Domini D. Fr. Ludouici Diez Auxensis & Armendariensis Episcopi Vrgellen-
sis: Consiliarij Regiæ Maiestatis, Proregis & Capitanei Generalis in
Principatu Cathalonienfi. & Comitatibus Rossilionis & Ceritaniz:
librum inspexi & perlegi, cui titulus præfigitur: Homiliæ super E-
uangelium SS. Sacramenti cum expositione Missæ, quem composuit
Illustrissimus & Reuerendissimus Dominus D. Fr. Hieronymus Bap-
tista de Lanuza Episcopus Barbastrensis, & Albarracinus &c. Quod
si præstantiam conceptuum, eruditionem in Patribus, & singula-
rem spectemus spiritus feruorem, aperte constat filium esse talis
Auctoris: opus prælo dignum, quodque cunctis tradatur pulpita
ascendentibus, nec non SS. Sacramento pie addictissimis: mihi nam-
que persuadeo non exigua ex eo proueniet Deo gloria, profectus
animabus, & per grande Prædicatoribus Euangelicis subsidium (ad
talem materiam, vt utilissimam, ita grauissimam) proinde lucem vi-
deat thesaurus hic pretiosus, atque per eiusdem impressionem omni-
bus communicetur, Datum in Collegio S. Guilielmi Barcinonenfis
Ordinis SS. Patris nostri Augustini: 23. Maij 1626.

FR. HIERONYMVS BALLE
*Visitor Prouincie Aragonie,
& Rector Collegij.*

APPROBATIO.

EX mandato & præscripto expresso R. di Ad. P. M. F. Hieronymi
Mos Prouincialis Prouincie Aragonie SS. Ordinis nostri Prædi-
catorum singulari admodum attentione nec non maiori longe volup-
tate legimus Homiliæ SS. Sacramenti Altaris compositas à Reue-
rendissimo Domino D. Fr. Hieronymo Baptista de Lanuza Episco-
po Barbastrensi & Albarracino: & propter doctrinæ grauitatem,
profunditatem & conceptuum subtilitatem, quibus abundant, iudi-
camus opus esse tanto Auctore legitimum filium, & reliquis operi-
bus